Fragmentarium

Inuiolata intacta et casta
es maria Que es effecta ful
gida celi porta· O mater alma
xpi carissima Suscipe pia
laudum preconia Nostra ut pura
pectora sint et corpora Que
nunc flagitant deuota corda et
ora Tu da per precata dulcissona·
Nobis concedas ueniam per secula·
O benigna O regina O ma
ria· Que sola inuiolata perman
sisti· De sancta cruce·
Laudes crucis attollamus
nos qui crucis exultamus
speciali gloria· Dulce melos
tangat celos dulce lignum dul
ci dignum credimus melodia·
Voci uita non discordet cum uox
uitam non remordet dulcis est
symphonia Serui crucis
crucem laudent qui per crucem sibi
gaudent uite dari munera·
Dicant omnes et dicant singu
li aue salus tocius seculi ar
bor salutifera· O quam felix
quam preclara fuit hec salutis
ara rubens agni sanguine·
Agni sine macula qui mun
dauit secula ab antiquo cri
mine· Hec est scala peccatorum per
quam xpc rex celorum ad se traxit
omnia Forma cuius hoc osten
dit que terrarum comprehendit qua
tuor confinia· Non sunt noua
sacramenta nec recens est in
uenta crucis hec religio Ista
dulces aquas fecit per hanc si
lex aquas iecit moysi officio
Nulla salus est in domo nisi
cruce munit homo super limi
naria Neque sensit gladium
nec amisit filium quisquis egit
talia Ligna legens in sarep
ta spem salutis est adepta
pauper muliercula Sine lig
nis fidei nec lechitus olei ua
let nec farinula Roma na
ues uniuersas in profundum uidit
mersas una cum maxentio Fu
si traces cesi per se sed et partis
dux aduerse uictus ab eraclio·
In scripturis sub figuris ista
latent sed iam patent crucis
beneficia Reges credunt
hostes cedunt sola cruce xpo
duce unus fugat milia Ipsa
suos fortiores semper facit et uic
tores morbos sanat et languo
res reprimit demonia Dat
captiuis libertatem uite confert
nouitatem ad antiquam dignita
tem crux reduxit omnia O crux
lignum triumphale mundi uera
salus uale inter ligna nullum
tale fronde flore germine Me
dicina xpiana salua sanos
egros sana quod non ualet
uis humana fit in tuo nomine·

2201 # 14

License: public_domain – Antwerpen, FelixArchief, 2201 # 14, fol. 67r – Sequentiary
(https://fragmentarium.ms/view/page/F-bg3h/8031/63556)